

I. N. f.

# ZOHAR HAT- TEBHAH

*Gen. VI; 16.*

Seu

## FENESTRA

*In Arca Diluviana,*

DISSERTATIONE PHILOSOPHICA

Loco suo vindicata,

Et Permissu Ampliss. Senatus Philosoph.  
in Florentissima ad Auram Acad. Reg.

PRÆSIDE

VIRO Admod. Reverendo & Celeberrimo  
**Dn. M. DAVID LUNDI**

Hactenus L. L. Orient. jam vero con-  
firmato S. S. Theol. Profess. Publico & Ord:  
Precept. & Promotore suo max. suspiciendo,

PRO GRADU MAGISTERII,  
Eiusq; Privilegiis rite obtainendis,  
Eruditorum Candide Censure

placide aperta,

Ad diem VII Decemb. Anno M. DC. XC. VII.  
horasq; consuetas, in Auditorio Maximo,

S. & R. & M. tis Alumno

**NICOLAO FRIDELIN.**

---

ABOÆ, excusa à Joh. Winter, Reg. Typ.

# МАРИИНО НАХОДКА

A. R. T. 2000. 00

## АСИНХРОННЫЙ ПОТОКИ ДАННЫХ

[www.english-test.net](http://www.english-test.net)

二月九日 朝の風はまだ強めで、午後は暖かく晴れ

第112頁

សាស្ត្រពិភាក្សាទីប្រជាធិបតេយ្យ និងការរំលែក និងការ

## THE WIDOW (1851)

Figure 1.1. Gisbert (1990) cells.

卷之三

卷之三十一

卷之三

W.D. & M. Co. 1900

卷之三

John A. McDonald

BOOK OF PSALMS

# Högwållärde Herr Candidat;

**H**o är som såna kan / at någon  
nånsin elisvit  
På branta Pindi Klint / den ic-  
ke Pallas gifvit  
Til Lön en Heders-Crantz för Mö-  
da och Besvår /  
Som stråswat efter Drygå / och hål-  
let Witsheet får.  
Ty kan jag säkert nu Herr Candida-  
ten wiſa /  
At Pallas kommer snart / om elliest jag  
kan giſa /  
Och lärer oſeelbart framtee den Lön  
at Ehr /  
Som Eder stora Fljt förtient / med  
annat mehr.

För plågad Wänkap ſkul med  
Herr Candidate, i haff  
framgaf detta

LORENTZ G. MELLIN.  
Baro.

Disputationis Curiosæ  
& vel maxime Eruditæ  
de  
Positura FENESTRÆ

In.

Arca Diluviana,

Auctori Clarissimo

Dn. NICOLAO FRIDELIN,  
San, Philos. Candidato meritissimo.



aciferæ reseras ARCAE  
novus arte fene-  
stram,

ALES qua frondem PACIS  
in ore vehit;

PACIS AMANS, olea mox con-  
decorande MINERVÆ:  
Pacificas animi sic rese-

rabis opes.

Honoris & amoris ergo,

JO: RUNGJUS.

Domine Candidate,

Studiorum meorum Moderator

dexterrime;

Cum mecum cogito, quomodo latitiam animi mei declararem, ex felicissimis Tuis in literis successibus, perceptam, quibus Honores Academicos propediem conferendos esse gratulamur, verba quibus id praestem, condigna non invenio. Amor tamen Tuus & candor erga me satis perspectus, facit, ut quocunque demum modo per teneriorem meam ætatem possum, aliquod amoris reciproci gratique animi documentum edam. Cumque, ut quidem optarem, pluribus hoc praestare nequeam, majorem in modum Te rogatum venio, ne ex brevitate verborum, sed ex prolixo eoque candido affectu pectoris mei, hanc meam qualemcunque gratulationem æ-

stima-

stimare velis ; cūjus summa huc redit,  
quod vōta fundam calidissima, ut post  
multas variasque , quas sub cursu stu-  
diorum pervicaci labore sustinuisti mo-  
lestias , & lucubrationes Tuas indefessas,  
Honores, quibus Virtus suos Cultores  
mactare solet , Tibi jam conferendi,  
cedant in Numinis Altissimi laudem,  
publicum emolumentum, nec non Tui  
ipsius , Tuorumque commodum , de-  
cus, atque gaudium exoptatum !

*Quod gratulabundus vovet*

**JOHANNES GEZELIUS,**

*Nepos.*

Lector Candide & Bene-  
vole, salve,

Existimavi semper, nibil, nisi quod  
tersum atq[ue] eruditum est, publico  
cam lucem mereri, quapropter nun-  
quam ego quidquā in eam proferre sustinu-  
isse, nisi inexpectato quodam Cœli  
favore pro rebus humanis etiam ad tem-  
porum momenta excubante, præter o-  
mnem meam spem in hunc rerum circum-  
deductus fuisset. Jam exspectaveris forte  
quod favori Tuo debeo, si non subactio-  
ris judicii, opera tamen exquisitio-  
ris specimen; verum cum istud inge-  
nii, banc temporis angustia denegavit,  
rudis bac opella, qua argumentum  
delicatioribus, & quibus tenuiora sordent,  
insipida, quā elaborationem, valde inculta,  
gratiam Tuam, quam ex se ipsa promoteret

posse

posse desperat, humanitatis jure prodic  
expetitum. Sed ipsa quo despiciuntur, hoc am  
pliori spei sue merito, de copia Cando  
ris Tui prestanti à se fæneratā, letari  
non veretur. Nec enim sine omni Fene  
stram exhibeo, quam humanitatiue de  
claranda apertam commendem, Non nisi  
ad malignorum impetus, ut ista Noëti  
tica ad injurias cœli, occlusam. Brevita  
ti hic litamus: Prolixitatis gloriam,  
quibus ingenii opumq; sors felicior con  
sigit, lubentes relicturi. Næ Benignus  
Lector eruditionem apud pauperes nostras  
Camœnas frustra quæsiverit. Candorem  
in nobis excusandis grato præconio pro  
mereri semper studebimus.

109



E Loco 78 **בָּחַר** disquisituri, ap-  
pellationis rationem, seu ὀ-  
νόματος ἐξέτασιν, quæ ἡ τὸς  
ὑρθῶς διδάσκειν, monentibus  
eruditis, requiri solet, præmittere te-  
nemur. Repetit autem illud originem  
suam à Rad. *Hebreis* quidem deperdi-  
ta, à *Chaldaicis* tamen recepta frequen-  
tataque **בָּחַר** quæ hanc significandi no-  
tionem obtinuit, ut pro *lucere*, *lumen*  
*diffundere* & *transmittere* sit usurpata.  
Exindeq; **בָּחַר** *lumen*, *splendorem*, nec  
non *fenestram*, eo quod *lumen* trans-  
mittat, denotat. Quapropter hanc vo-  
cem *Orientalium Interpretes* suis lin-  
gvis reddituri, per *speculas*, ut *Syrus*, *lu-*  
*mina*, ut *Arabs*, vel per *fenestram*, quod  
secundum eruditos, *Chaldaeus* & *Sama-*  
*ritanus* faciunt, exponunt. Antiquus

A

a. ille

a. ille Græcus Translator *Symmachus*, apud Hieronymum, per *diaφανεῖς*, id est *pellucidum*, interpretatur: Et, illo prior, *Aquila*, per *μεσήμβερον*, quod est *meridianum*; nempe quia ἡ צָהָרֶת est quod meridiem denotans, est nomen *duxeōn*; scilicet, quia diem in duas partes æquales dividit, geminæq; lucis, antemeridianæ & vespertinæ medium est Interstitium & terminus. De Versione verò LXX: *nati* sicut venditur, quia hic non ὄμόψηφος est, inferiorius paucis dicendum est. Cæterum Latinorum plerumq; omnes ἡ צָהָרֶת per fenestram transferunt. Fr. Junius & Em. Tremellius per clarum lumen. Quod cum pro *μεσηνυμίᾳ* effecti destinati accipitur, est enim fenestra lumiñi inferendo accommodata, eodem recidit. Latinæ vocis originationem, quod ῥῶ παρέδω memorem, si Germanicam habueris, ut fenestra dicatur, quasi *dāmits nicht Finster sey*, allusivam prodis; verum si παρέται Φάνεται cum Scaligero deduxeris, verius videris εἰρημελογεῖν.

Quibus jam ita leviter ἔγκυως tactis,  
 rationem principii υλώδει, quod  
 originem dedit, explicandam susci-  
 peremus, nisi hic tacens Scriptura silenti-  
 um imposuisset; & neq; testes in rei fi-  
 dem arcessere sustinemus, quos Φιλο-  
 μνθίας, nisi rectius forte ψευδομνθίας di-  
 xeris, suspectos novimus; ad fabulas  
 construendas aptam natam puto Rab-  
 binorum gentem, quorum quidam Jo-  
 nathan ben Uziel comminiscitur: Noa-  
 chum à DEo ad flumen יְהוּדָה gemma-  
 rum feracissimum fuisse allegatum, ut  
 congregaret inde יְהוּדָה foreda, jus-  
 sumq; illud in arca construere, adq;  
 cubitum confiscere, cuius splendore suf-  
 ficienter illustraretur. Quid a. יְהוּדָה  
 idιως sit, eruditi non capiunt, & for-  
 tasne ipso, quibus commentum placet,  
 nesciunt. Sed si circumstantias atten-  
 dis, illos lapidem aliquem pretiosum,  
 eumq; fulgentissimum, puta Crystallum,  
 Lychniten vel carbunculum, seu aliam  
 gemmam pellucidam designasse, cuius

majori quadam luce radiantis tenebræ discuterentur, arcaq; necessaria luce illuminaretur. Alii melius sibi sapere visi, è *speculari lapide* vel *vitro* eandem confectam fuisse opinati sunt. Nos vero, sicuti quid certi hic statuendum non habemus, ita molestia conjectura-rum supersedemus, ne cum minus hic sapientibus nimis sapere velle videa-mur. Hoc autem negari non debet, fuisse fenestram quæ aperiri & claudi potuit. Verum ut hæcce, sicut magis recondita ita minus necessaria, expli-catus proponamus, quia à nobis non exigi speramus; illis omissis, ad ea, quæ explicanda assumsimus, nos recipimus. Scilicet, cum inter sacrarum li-terarum Interpretes ac Commentato-res, in loci hujus explanatione, tantum observabamus dissensum, ulterius de eodem disquirere incepimus. Quod cum facere parabamus, dissensionis cau-sam comperiebamus esse diversitatem ἐμηνειας verborum, quæ de hoc agunt, & in fontibus Hebræis sic sonant: — **וְאֵל מִלְעָלָה תְּכִלָּה אַמְתָּה** in rivulis autem

ver-

versionis Latinæ hunc in modum:  
*ad cubitum perficies eam desursum.*  
 In quibus verbis vel ad originalem tex-  
 tum referendis, vel secundum versio-  
 nes explicandis, occupati, in diversa  
 abeunt, *alii ad תבה alii ad צחר* horum  
 verborum intellectum esse referendum  
 contendentes. Qui ad priorem acce-  
 dunt sententiam, nec eadem omnes  
 mente sunt. *Quidam enim tecti fasti-*  
*gium, ad cubitum supernè conficien-*  
*dum hic respici censuere; alii ad ejus*  
*quandam partem, puta fuggrundiorum*  
*ecphoras, seu tecti extra parietes promi-*  
*nentias. Horum autem mentem ante-*  
*quam declarandam suscepimus, priorem*  
*illam sententiam discutiendam propo-*  
*nemus.*

## §. III.

**M**Einimmo modo, quosdam verbum  
*תבה* *תכלנה* ad rejicere, qui itidem  
 inter se dissensum meditantur. *Non*  
*nulli enim ea verba; ad cubitum confici-*  
*es superne, ita intelligenda esse opinati*  
*sunt, ut quatuor latera לתבה à basi*

ad summitatē paulatim coirent, donec  
desinarent in culmen quadratum cubi-  
tale. Hanc sententiam *Origenis*, am-  
plexi videntur LXX, *Senes*, qui præter-  
missa translatione vocis צָרָה (cujus  
rei causam ne quidem divinando se af-  
sequi posse ajunt eruditii) ex præsenti  
loco hunc sensum fabricati sunt: ἐπουν-  
άγων ποιήσεις Ιην κιβωτὸν, καὶ εἰς τὴν χυν συ-  
πλέσεις αὐτὴν ἀναθετε. Quæ per inter-  
pretem *Chrysostomi* sic sonant: *Supra*  
*contrabens* facies arcām, & in cubitū  
consummabis ejus summitatēm. Ubi τὸ  
ἐπουνάγων, id est colligens, vel inter-  
pretante Hieronymo, *contrabens*, videtur  
significare, arcām ab imo debuisse semper  
colligi, id est, contrahi & coarctari ma-  
gis & magis in angustum, atq; ita acu-  
minari, ut ad summum in utriusq; di-  
mensionis cacumen cubitale decreaseret.  
Quo de quid censendum §. VI. stri-  
ctim monstrabit. *Alii*, sanius judi-  
cantes, ad τορφὴν quidem tecti refe-  
runt, sed, vel de altitudine culminis ad  
cubitū per totam longitudinem acu-  
minata, id accipiunt; vel ita, ut ipsum

fasti.

*fastigium* supra illos tricenos cubitos altitudinis, quorum hic meminit Scriptor Θεόκλυτος Moles, ab extremitatibus medium versus sensim & lente ad altitudinem την χωραῖαν adsurgeret, convexitatem, designabamus dicere, penè planam, ut loquuntur, seu formam κενοχειροφανένην sive καμαρωτὴν, aquis pluviosis arcendis ventisq; depellendis convenientissimam. Quam quidem sentiam de *forma* τηβή non rejecerimus, quo minus tamen citata verba id ipsum innuunt, est quod pernegamus. Ceterum sententia cujusdā, nisi fallor, Menochii, putantis illa sic intelligenda, ut mensura cubiti semper ad manum babetur & adhiberetur, donec tota arca perfecta foret, omnia ad præscriptum modulum cubitorumq; mensuram exigendo, sicuti ex textu erui non potest, ita paucorum, suo maximo merito, merita est assensum.

## §. IV.

¶ Am alteros illos audiemus, qui quidem ad τηβή referunt, at non ad

altitudinem acuminatam, sed ad fug-  
grundas, quas Græci ἀργοστηγίσματα vo-  
cant, nempe ut illæ in cubitum unum  
projectæ extarent prominenter, ad ab-  
arcendum ab arca fenestrisq; illius im-  
brium profluvium. Hæc mens, docen-  
tibus eruditis, Interpretum Orientali-  
um nonnullis fuit, ut Chaldeo, Syro  
& Samaritano, qui ad תבה referunt;  
גַּהְוָר תְּעֵבָד לְתוּבָתָא ita enim ille: id est: Lu-  
men facies arcæ, & ad cubitum perficies  
arcam superne. Hi ita per interpretes:  
Et speculas fac arcæ & cubito constrin-  
ge eam superne. Item: fenestram faci-  
es arcæ, & ad cubitum consummabis eam  
desuper. Quos sequitur doctiss. Rabbi-  
norum Raschi, qui sic interpretatur.  
כשׁוֹהַ מִשׁׁׁוֹפֵעַ וְעַלְהָ עַד שְׁהֹוָא קֻרְבָּן  
מִלְמָעָה וּשְׁמָרָאָל — אַמְּה כְּרוֹשִׁזְוּכָו מִמְּ  
לְמִתְחָאָן וּמִבְּאָן Quod sic redi-  
ditur: operimentum redundando ascen-  
dat donec coarctetur desuper stetq; ad  
cubitum pro profluvio aquarum inferne  
hinc atq; illinc. Et longo deinde agmi-  
ne eos excipiunt plurimi Occidentali-

um, quod facit *Interpres Gallicus*, sicut  
hic ip̄i videmus per interpretem, faci-  
lius quoque ad hanc quam ad alteram,  
de qua infra, sententiam reducendus  
*Anglus*. Similiter note Diodati Germa-  
nicæ ad versionem *Theandri Lutheri*;  
nec non *Belgicæ*. Hac mente fuit B. D.  
Mich. Waltherus in *Off. Bibl.* qui fontes  
hujusmodi censet suppeditare sensum:  
*Ein Fenster soltu dran machen, und solt*  
*ihn ( den kasten ) einer ellen hoch aus-*  
*füren.* Qui parili modo, ut ex verbis  
eius ad oculum patet, hunc locum intel-  
lexit. Nec ab hac sententia absfuit B.  
D. Terserus; quapropter versionem  
Svecanam ad fontes hunc in modum  
adornandam judicavit: *Fönster skal tu*  
*göra på Arken, och til en aln fulbor-*  
*da honom ofvan til.* Quocirca no-  
tandum, quod hos non elusit ambigui-  
tas Pronominis Relativi *eam*, (quod, u-  
trum *an* *אֶחָר* *תְּכַה* hic sic demonstratu-  
rum, Latio non egressus, vix nobis de-  
clarabit,) namq; consulta auctoritate  
divina in fontibus *Hebræorum* observa-  
runt vocem *תְּכַלֵּנָה* suffixum habere

בְּנֵי יִשְׂרָאֵל יְהוָה, adeoq; non respicere  
*Nomen mascul.* צָהָר sed *feminin.* תְּבַחַת  
 Et licet הַfæminin. mappicatum VIII. in  
 locis occurtere solicite more suo notet  
*Masora*, cuius tamen mappik absentia  
 non obstante, manere fœmininum con-  
 tendunt. Et porro, simul urgent alii,  
 imperfectam alias fore descriptionem  
 תְּבַחַת cum nisi hic, non sit ulla men-  
 tio tecti. Cum quibus instant rursum  
 quidam; ἀλογον fore, hanc unius cubiti  
 mensuram ad גּוֹדֶן צָהָר applicare, quod tan-  
 tillum pro proportione גּוֹדֶן תְּבַחַת insuf-  
 ficiens esset. Et præterea, supernè non  
 posse poni, propter continuum im-  
 brium defluxum, sicut nec per illam  
 ibi locatam commodè in terram pro-  
 spectum fieri posse.

## §. V.

**C**um jam, hisce sic ἀναρχίως stri-  
 ctimq; tactis, mentem eorum per-  
 speximus, qui גּוֹדֶן תְּבַחַת ad  
 respectum implicare docent, ad cæteros  
 qui ad גּוֹדֶן צָהָר digitum hic intendi, existi-  
 mant,

mant, pedem promovemus. Sic ad יתנ refert Div⁹ Megalander Lutherus, qui hoc comma ita reddit: *Ein Fenster soltu dran machen oben an, einer ellen gross.* Qui & auctoritatem habet *Arabis*, ceu docent eruditi, hunc in modum per translato-rem loquentis: *Et fac illi lumina, & ad cubitum perficies superne, vel è sum-mitate.* Hunc sequitur Hebræorum In-terpretum facile primus R. Aben Esra; qui *fenestram unius cubiti fuisse in sum-mitate seu longitudine existimavit.* At-que in horum partes concedunt Se-ptentrionalium Translatores & simul Com-mentatores. Sic, gratia exempli, se ex-primit Interpres Suecanus: *Ett Fönster skal tu göra ther ofvan på, en aln stort.* Qui omnes συμφώνως τὸ חכְנָה ad יתנ respicere annunt, &, ceu evi-dens est, ipsam fenestræ magnitudinem per mensuram cubitalem, designari au-tumant; Latitudinem autem a Mose non describi, sed quod adjiciunt alii, posse ex longitudine colligi, nempe ut illa fuerit sextæ partis unius cubiti.

Quod

Quod ad nos attinet, illis quidem as-  
sentimur, qui יְהוָה hic indigitari af-  
fertum cupiunt; in reliquis vero, qua-  
si voculae תְּמִימָה—אַל magnitudinem  
concernerent, non usquequaque an-  
nuimus, dissentientibus suam cuiusq;  
salvam auctoritatem, summa, ceu par-  
est modestia relicturi. Et quia hoc i-  
psum, præter reliqvorū, quos adduximus,  
assensum, afferimus, rationes quæ ean-  
dem nobis acceptandam suadent, in  
medium producemos.

## §. VI.

**Q**uod antequam fecerimus, prio-  
ris sententiæ rationes dispiciemus,  
& primum quidem *eam*, quæ in-  
ter cæteras ὑπερέχει obtinet, quamque  
ἀεὶ οὐ πλεῖστον objicere adsolent, eorum  
videlicet, qui affixi Fæminini in verbo  
תְּכִלָּה respectum ad צָרָעָה ut Masculi-  
num inficiantur. Fatemur quidem  
quod non hi nihil dicant; verunta-  
men quærendi nobis veniam petimus,  
unde sciatur, quod יְהוָה צָרָעָה sit ἀρσενικός,  
cū sit ḥנָן in Scripturis ἀπαξ λεγομένων

Quod d

Quod ipsum si tamen concederetur, quod qua naturam rationemque αναλογίας ita esset, quis, nisi prorsus ἀνερχαι, generum in Scriptura non infrequentem esse εναλλαγὴν ignorat? ut jam memorare supercedeamus de voce ιώκηω τζהָר respondeente, quae δέσμονόθηλυς est. Unde liquet, quod supponere non nisi masculam esse hanc vocem, est γὰρ εὐ δέχη λαβεῖν. Porro eorum objectionem, quibus obversatur periculum imperfectionis in descriptione תבָח quasi quia non alibi de recto, ergo hic, citra pulveris factum, ceu dicunt, resolvi posse putamus; quippe, præterquam, quod recte quidam regerit, nec mentionem ullam recti, quod verba hæcce respicerent, præcedere, rectum ipsum in voce תבָח includi, non αλόγως asseritur. Nisi quis ex eadem ratione arcæ fundum, quod in textu non memoratur, αἰδόως negare sustineret. Ceteros denique quod spectat, qui ea de causa ad τζהָר referri posse negant; quod mensura illa cubitalis eidem ad proportionem non suf-

sufficeret, sciendum est, illos ἡννής ελέγχεις αὐτοιαν committere, si quidem  
 nos mensura cubiti non magnitudinem  
 ήσης τάχα sed ejusdem à tecto diastema, pro  
 ut mox dicendum est, dimetimur. Origenis autem sententia, qui licet arcam  
 ab imo ad summum sensim acuminata, mensura cubitali annis sit emeti-  
 ri, valde tamen enormis est, unde illam  
 merito dudum fuisse explosam, nemini  
 nem mirari subeat. Ea quippe falsa  
 nixa ἵπποθέτει arcam in fastigium pyra-  
 midale nimis elevando, facile cum mo-  
 le sua justo altius adsurgente, ἀνεργίᾳ de-  
 jecta fuit. Et quandoquidem incidimus  
 in mentionem formæ ήσης dicimus  
 nos non ad eorum accedere sententi-  
 am, qui illam ea corporis specie figurat,  
 quæ apud Geometras prismatis trigoni  
 nomine venit, sed fuisse illam paralle-  
 pipedam anisoëdram, ut testum pro-  
 defluxu aquarum fluvialium ad altitudi-  
 nem cubiti modicè arcuaretur; intelli-  
 gimus altitudinem per totam longitudi-  
 nem convexitate penè planâ fastigiatam,  
 vero

vero similius statuitur. Sed quo minus  
sæpius citata verba eo modo capian-  
tur, obstare illa, quæ jam proponenda  
sunt, cuivis ἀρχής ὅμιλα patebit. Et ut  
illud deniq; addamus, quod nimis  
dura de tecti sive fastigio sive subgrun-  
da fingenda esset ellipsis, quam nullus  
Interpretum, licet hoc plerique omnes  
sentire videantur, supplere ausus fuit.

## §. VII.

**E**x quibus jam productis, nec non  
adhuc proferendis manifestum e-  
vadere putamus, nihil obstare quo  
minus ad צָהָר ista respiciant; nihi-  
lo tamen secius modestè ab iis disce-  
dimus, qui per voculas אלְאַמָּה magnitudinem ejusdem denotari con-  
jiciunt; nam præterquam quod phra-  
sis illa alibi eo sensu non occurrit, exi-  
stimaverimus reliquas utriusq; dimen-  
sionis species fuisse simul nominatas,  
quod semper fieri solet, cum dimen-  
sionis respectum in re substrata indicat.  
Quid? quod nec ullam dimensionis  
ostii

estii mentionem notatam deprehendi-  
mus. Sed ut ad palmariam rei , cur  
dissensum facimus , causam veniamus,  
In textu authentico habetur vocabu-  
lum מִלְמָעֵלָה *desursum* significans , quod  
ipsum si fenestra fuisset κορυφā: ☩, non  
fuisse adhibitum putamus. Sed vel עַל  
ut 2. Paral. III: 16, רָאשׁ-עַל *super ca-*  
*put columnarum*, h. e. *in summitate* ;  
vel לְעַל ut Gen. I: 7. & alibi; ubi *supra*  
denotat; Et cum מִן paragog. מִלְמָעֵלָה nou so-  
lum *supra* , verum etiam *motum ad*  
*superiora*. vid. Deut. XXVIII: 43. simili-  
ter לְעַל Jam vero ו illud quod præ-  
figitur , iterum detrahit , vel saltim  
terminum à quo אָרָאֶת signat : adeoq;  
vox מִלְמָעֵלָה non tantum *motum jur-*  
*sum involvit* , seu , quod vel illum præ-  
bet , vel respectum ad illud babet ; quod  
ex omni loco Scripturæ , ubi occurrit ,  
patet ; verum etiam id , quod eundem ,  
motum puta , terminat ו respectum de-  
orsum indicat . Sic Gen. XXII: 9. Sur-  
gunt in altum ligna , ו super illa מִלְמָעֵלָה  
*desursum* venit positus Isaacus . Sic sic-  
citas

citas **לְעַמּוֹד** desursum venit in sursum ad-  
scendentes fruges; Job. XIIIX: 6. Atq;  
adeo, quandoquidem **לְמַעַלָה** semper  
sursum notat, & **וְ** præfixum est à **פָּאֵרֶתְּנָה**, hanc vocē **לְמַעַלָה** quod intendi-  
mus, significare, evidens esse putamus. Ad  
quod amplius probandum, egregie fa-  
cit illud Jerem. XXXI: 37. *Si mensura-*  
*buntur cœli לְמַעַלָה* desursum &c. quod  
sanè non de extensione in sphæram, ut  
sic tecto arcæ quicquam simile sit, sed  
de altitudine intelligendum, quod fir-  
matur ex oppositione in eodem versu  
*ad fundamenta terræ*, earumq; ut sic  
liceat dicere, infinitatem. Idem ju-  
dicum fieri potest de sensu ejusdem vo-  
cis, Exod. XXXI: 14. ubi non significat  
nude *supra*, ut Interpretum pleriq;, sed  
quod **תְּחִשִּׁים עֲרוֹת** seu *pelles taxorum*  
factæ sint **לְמַכְסָה** in tegumentum, non  
tam tecti, quam ut à summitate taber-  
naculi deorsum protenderentur, utpote  
quod tegmine suo in terram demisso ve-  
luti thalamum exhibebat, ut loquitur Jo-  
sephus Lib. III, c. 5. Et hoc eodem mo-

do, ut mentem tandem nostram ex-  
primamus, latera arcæ adscendebant  
למעלה sursum; ita enim recte denota-  
veris laterum summitatem, à quā nu-  
merandus est deorsum cubitus, & hoc  
est quod per אמַח-לְא ad cubitum, tuo  
consensu Lector benevole impetrato, hic  
designari, assicerere non dubitamus.

## §. VIII.

**S**unt itidem alia non pauca quæ huic  
sententiæ præsidium præstant. Sic  
ut illud, quod זֶה צָהָר respondet  
voci חַלּוֹן Gen. VIII: 6. consensu In-  
terpretum & Judæorum, è quibus no-  
mine tenus proferimus R. Salomo ben  
Melek, & Christianorum; At illud חַלּוֹן  
non in summitate tecti, sed in parie-  
te erat, quod probatur ex totiens re-  
petita phrasí: *prospicere per fenestram;*  
quod sane per יְהִיא וְעַדְיוֹן non com-  
mode fieri potuit. Imò Ezekiel XI: 16.  
expresse dicit סְבִיב חַלּוֹת quod  
*fenestra circum circum leu per circuitum*  
erant, Deinde, dictum fuisse simpli-  
citer:

citer: תעשה צהר על התבנה & facies fe-  
 nestrana super arcam, אֲלֵי περιθέσεως  
 novæ vocis, novæque partis versus.  
 Et porro ipsam historiā sententiam hanc  
 approbare, quippe Noa de jam arida  
 factā terrā certior cupiens fieri, remo-  
 vit operimentum, c. viii: 13, at id non  
 fecisset, si זה צהר in summitate fuis-  
 set, sed quia per חלון ab una tantum  
 parte prospicere potuit, illud remo-  
 vit, ut undiquaque oculis campi pate-  
 rent. Præterea addimus, quod, pro-  
 pter continuas pluvias, יושב seu locum  
 זה צהר וגו assignare, prorsus אֶז-  
 זוב est. Quibus & similibus ratio-  
 nibus, adcuratores, probè perspectis,  
 locum eidem in latere, non denega-  
 runt. Quod non de longiori esse  
 capiendum inde liquet, quod הפתח  
 seu ostium tanquam in eo constructum  
 בצרה contradistinguatur quoad situm  
 זה צהר quod מטלחה & textus ipse  
 hoc innuere videtur, quod janua tan-  
 quam novum quid in latere ponendum.  
 Relinquitur itaq; alterutram mino-

rum à tergo vel in facie laterum locum eidem dedisse. Qvod eo probabilius est, quo commodior ab ea parte majus ad interiora lumen transmittendi locus iste videtur. Postremo tandem, vocabulum תכלנה *consummabis eam*, idem designare putamus; ejus enim formale notione *finiendi* seu *consummandi* absolvitur, adeoq; non simplicis actionis executionem hic intendi facile constat; Sed quia locus seu distantia hic præscribebatur, *idem* dicitur תכלנה *finies eam*, nempe *feneſtram* (mediocriter magnam) ad cubitum desursum, *det skal lyhtas til en aln ifrān ofvan til.*

## §. IX.

**A**Nequam subitaneam atque præcipitatam hanc opellam claudimus, non indignum observatione putamus, quod verbum תכלנה omissum sit in Versione nostratium Svecana, ut & Germanica; nec non aliis. Quod tamē in aliquibus versionibus, magnorum virorum opera est restitutum. Videatur Off. Bibl. Wal-

Waltberi circa hunc locum. Quod ipsum  
 à Finnico Interprete, nec non Dano,  
 adcurate observatum est. Plenè namq;  
 ille vertit: *Arkin Ackunan sinun pitä te-  
 kämän, ja kynärällä päättämän sen yl-  
 bälä. Iste similiter.* Quà Versionem  
*Svecanam* idem factum est à Reveren-  
 diss. Dn. Episcopo, Doct. Joh. Gezelio,  
 Mæcenate & Promotore meo ut beni-  
 gnissimo, ita nunquam sine summa ve-  
 neratione à me nominando, in Notis  
 suis in universam Scripturam sacrām  
 ὁριζοδοξούσους, eq; puriori Ecclesia Luthe-  
 rana Septentrionali multis desideriis  
 exspectatis, ubi hic locus ex textu He-  
 bræo sic transfertur: *Itt Fenster skal tu  
 göra på Arken, och til en Aln skal tu  
 fulborda thet ifrån ofvan til.* Id est,  
 quod in Notis ibidem additur, in la-  
 terum alterutro breviori, ita ut à tecto  
 ad fenestram distantia cubiti relinquatur.  
 Hisce sic brevissime & simplicissime deli-  
 neatis, ex Observationibus adcuratissimis  
 MSS. modo cum veneratione nomi-  
 nati Magni Patroni, (quibus solis ad  
     hanc

hanc materiam explicandam instructus  
fui,) Candoreq; Tuo B. l. certa qui-  
dem spe, multis tamen votis implora-  
to, calatum depono, daturus

*GLORIAM DOMINO,*

*CUJUS LAUS SEMPER IN,  
ORE MEO!*

لَهْمَنْدِيَّةِ  
لَهْمَنْدِيَّةِ



Corollaria Philosophica.

**N**ullum Verbum adsciscit Genitivum  
Regimini.

Scruta in orationem nimio studio conquiri-  
rere est Evandri matrem imitari welle.

Genus potest conservari in una Specie.  
Notiones secunda rei dignitatem nec im-  
minnunt nec extollunt.

Inter Ens & non-Ens est infinita distantia.  
Non sola aeternitas est duratio.

Locus, non Locabilitas, est Affectio Corporis  
naturalis.

Phœnix avis fabulosa est.

Imbecillitas humana est fingere impossia-  
bilia divine potentiae.

Scientia DEi non tantum ad futura, ver-  
rum etiam ad futuribilia se extendit.

Eclipsis, quæ accidit tempore Passionis  
Christi, non fuit naturalis.

Virtus consistit in medio.

Puncta vocalia Linguae Hebrae sunt coarctatae.

S. D. G.